Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Bibliotheca Smithiana, Seu Catalogus Librorum D. Josephi Smithii Angli Per Cognomina Authorum Dispositus

Pasquali, Giovanni Battista

Venetiis, 1755

Suidae Lexicon Graece.

urn:nbn:de:gbv:45:1-844

Visual Library

SUIDÆ LEXICON GRÆCE.

Mediolani, per Joannem Bissolum, & Benedictum Mangium, MCCCCXCIX.

Διάλογος [1] Στεφάνου τοῦ Μέλανος.

Βιβλιοπώλης. καὶ Φιλομαθής.

Βι. ΔΕύρ' ἴθι φιλομαθὲς, εἰ τῆς ἑλληνικῆς ἐρᾶς τάχα φωνῆς. Φιλ. τὶ ποιήσων· εἰπέ μοι διὰ τάχους· οὐ γάρ μοι σχολή ἐστιν. Βι. θεασόμενος τοιγαροῦν ταύτην τὴν βίβλον· τὴν νεωστὶ, ὥςπερ ὄψει, τετυπωμένην· καὶ μετέπειτα ὠνησόμενος· πολλῶν γάρ ἐστι ποικίλων καὶ παντοδαπῶν μεστή· ὁρᾶς δὲ τὸ πάχος αὐτῆς καὶ τὸ μέγεθος· οὐδὲν γάρ ἐστιν οὔτε παρὰ ποιηταῖς οὔτε παρ' ἱστορικοῖς καὶ λογογράφοις οὕτω δυσκόλον καὶ σκοτεινὸν, ὅπερ οὐκ εὐχερὲς καὶ σαφὲς ποιεῖ· ἑρμηνεύει γὰρ ὡς πλεῖστα καὶ χρησιμώτατα· Φιλ. οὐκ οἶδα ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τὸ πανταχῆ τεθρυλλημένον· ὁ πολλὰ λαλῶν πολλὰ καὶ σφάλλεται· Βι. οἶδα πῶς γὰρ οὔ· ἀλλ' ἥκιστα ἡ τοῦ Σουΐδα πολυφωνία ἐνέχεται τῇ παροιμίᾳ· τὸν γὰρ περὶ πολλῶν καὶ διαφόρων λέγοντα, πολλὰ καὶ λέγειν ἀναγκαῖον· καὶ δὴ καὶ Σουΐδας πάμπολλα συντεμὼν ὀλίγοις περιείληφε· καὶ τὸ τῆς μελισσῶν μάλιστα ἐμιμήθη· ὥςπερ γὰρ ἐκεῖναι ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθηζάνουσιν ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσιν, οὕτω καὶ Σουΐδας, καὶ ἁπλῶς οἱ σπουδαῖοι καὶ ἐλλόγιμοι τῆς ἀνδρῶν πολλῶν μὲν ἀπόπειραν λαμβάνειν εἰώθασιν· ἐξ αὐτῶν δὲ τὰ χρήσιμα καὶ καλλίω συλλέγειν· Φιλ. εὖ γενὴ τὸν ἀπόλλω καὶ καλῶς ἔφης· καί σοι χάριν ὁμολογῶ· ἡ οὖν τῆς βίβλου τιμὴ πόση τίς ἐστι· Βι. χρυσῶν τριῶν· Φιλ. λάμβανε δὴ καὶ δὸς τὴν βίβλον·

[1] Is est *Stephanus Niger* (Μέλανος) Cremonensis, de quo fuse *Saxius* Hist. Litt. Typ. p. 277. *Stephanum Cremonensem*, ait Cl. Auctor, *Calcho acceptissimum, non alium esse crediderim quam Stephanum Nigrum, qui Mediolanum delatus, insigni doctrinæ fama per hæc tempora clarescere cœpit. Græcam præcipue linguam optime calluit, institutore usus Demetrio Chalcondyla, cui etiam familiarissimus fuit. Quocirca cum præceptor ille suus rarum illud ac pretiosum opus* Græcum, *nempe* Lexicon Suidæ, *in lucem educeret Mediolanensibus typis impressum*, Stephanus Niger Dialogum Græce *scriptum eidem præfixit, in quo bibliopolam cum juvene studii amante colloquentem inducit illius libri utilitatem exponens, stipemque* trium aureorum *ad eum ex officina redimendum constituens*, &c. Vide etiam, si lubet, *Maittaire* Tom. IV. pag. 93. qui *Nigrum ex Casali majore Cremonensis agri* prodiisse affirmat; repugnante tamen *Saxio*, qui ipsiusmet *Nigri* testimonio fretus, minime Mediolanensem cum *Picinello*, sed civem *Cremonensem* indubie ostendit.

ANTONIUS [1] MOTTA.

DEMETRI æternos debet tibi mundus honores,
Quod dignum quod tam nobile tradis opus,
Debet MOTTA magis, Caro cui tanta resultat
Gloria discipulo te duce quanta datur.
Antonius Motta,
Olim phocis erat doctis celebrata poetis
Unde novum exhausit fonditus ascra melos,
Proximus huic helicon, Rivo forte æmulus illi
In quo tam expressit nobile smyrna sophos,
Cadmeas dircæus olor volitare per arces
Dictus & immenso est perstrepuisse sono,
Dignius Insubri Suidæ decus exit ab Urbe
In cuius lapsa est Græcia tota sinum.

[1] Demetrii Chalcondyl. Auditor. Vid. præl. Sax. p. 606.

Landesbibliothek Oldenburg